



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32 Regula de triennali juvari non potest provisus de parochiali sine
concursu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

immobilium minoris facta sine decreto, dummodo pecunia non probetur versa in ejus utilitatem, *l. magu. puto.* §. ne paf-
sim, *ff. dereb. eod. l. utere,* & *l. si pradium,*
§. *empor.* C. de *prad. min. sine decr. non alien.*

26 Et prateritio filij + facta à matre sine inserzione causæ legitimæ hodie reddit testamentum nullum, etiam ob non servatam formam juris novissimi, de quo iu §. aliud quoque capitulum, in auth. ut cum, de appell. cognos. coll. 4. 8. Alexand. in auth. non licet, n. 9. C. de lib. prater. & Bald. in conf. 2. in fin. volum. 1.

27 Beneficia resignata + publicatione non facta, tam ex parte resignantium, quam resignatorum, vacant ipso jure, nec resignantes, continuando possessionem, constitutione de annali, vel triennali juvati possunt, & resignatarij ad beneficia resignata obtainenda inhabiles, & incapaces reddunrur.

28 Beneficiaque + sic vacantia à Sedo Apostolica duntaxat possunt impetrari, *ead. constit.* 87 §. quod si quidquam, & dicta dictio taxativa excludit omnem facultatem Ordinarijs attributam conferendi, cum excludat omnes alias personas, Bart. in l. 1. numer. 1. & 3 ff. si quis justic. non obsem. Bald. in l. si qui ex consensu, numer. 2. de epis. ad & Felyn. in cap. contigit, numer. 3. de fide. instr.

29 An autem tribunales possessores post resignationem, publicatione non facta, regula de triennali defendi possint, & videtur, quod sic, + quia regula de triennali tuetur omnes provisos, duobus casibus exceptis, videlicet, ingressu simoniaco, & intrusione in beneficijs dispositioni Apostolicae ex generali reservatione in corpore 31

juris clausa, reservatis, que vacant in curia, cap. 2. de prab. in 6. & cum dicta constitutio sit extravagans, & non clausa in corpore juris, & ideo casus non publicationis resignationis non sit de exceptis, remanet sub regula, cum exceptio firmet regulam in contrarium, *cap. dominus* cum glos. 32. *quæst.* 7. *cap.* nonne de presumpt. l. nam quod liquide in fin. de penu. leg. §. ut autem ubi glossa penult. & ibi Bart. in auth. de non alienan. aut perm. in col. 2. Rom. conf. 337. numer. 8. & Felyn. in cap. quoniam frequenter, numer. 1. ut lit. non contest. videtur etiam, quod regula eadem se tueri possint prosi de patochialibus sine concursu contra formam dictæ constit. Pij V. 32. in conferendis, & facri concil. Trident. dispositionem.

His tamen non obstantibus, in dictis casibus possessores regula de triennali juvari non possunt, + quia resignans aravit titulum, & possessionem beneficij, Rota decis. 2. numer. 3. de renunc. in antiqu. Paris. conf. 176. num. 4 & 5. & conf. 185. num. 1. & 2. lib. 4. Pii. decis. 250. num. 2. lib. 2. Nec potest habere coloratum titulum, quod quidem requirit regula; + quia titulum coloratum habere dicitur, qui illud habet ab habente de jure facultatem conferendi, Lap. allig. 16. num. 2. Abb. in cap. in litterū, nu. 12. de rest. pol. Paul. de Castr. conf. 253. num. 4. de volu. 1. Natt. conf. 411. n. 7. & 9. Ofalc. decis. 116. num. 7. & Gomei. de trien. poss. d. quæst. 10. nu. 2. & ob non publicationem titulus habitus ab habente facultatem conferendi redditur ad non titulum, ex dispositione ejusdem constitut. §7. §. quod si quidquam.

Nec juvati + potest dicta possessione provi-



provisus de parochiali ab Ordinario , etiam S.R.E. Cardinali, ac Sedis Apostolice legato, vel nuncio sine concursu , quia dicta constitutio, in conferendis comprehen dit etiam Cardinales , & habet decretum iuritanus , similaresque provisiones nullum provisum jus , aut titulum etiam coloratum tribui, illasque ut prius vacare , & sedi Apostolica reservatas esse voluit, & declaravit, ut in ead. constitut. §. nos ad quorum , & annualis possessio non juvat detinentem beneficium reservatum. Gomel de anna poss. qu. 23. per totum, nec triennalis, idem Gomel. in reg. de trien. qu. 26. n. 6. 7. & 9.

33 Possessio eiusim † est jus insistendi rei non prohibitæ possideri, ut trad. Bart. in l. i. nu. 6. ubi omnes Doct. si de acq. poss. sed possidentes post resignationem, aut sine concursu contra prohibitionem sacri concilij , & dictæ constitutionis sunt mere intrus, & titulus redditus ad non titulum , ex supra deductis.

34 Impetrations beneficiorum † sic ob non publicationem vacantium fieri debent cum expressione nominum , & cognominum resignantium, seu cedentium, & resignatariorum, seu cessionariorum, & impetrantes à data suarum impetracionum ea omnia , quæ cadentes à jure prædicto præstare debebant, adimplere tenentur , ut vid. §. quod si quidquam. post med.

Si vero beneficia impetrata fuerint litigiosa † contra cedentes ad ulteriora , etiam usque ad sententiam diffinitivam, ac rem judicatam, & illius executionem procedi poterit, licet tamen erit resignatio nis, seu cessionaris , aut subrogatis , coram judge , coram quo lis pendere con tingerit, comparere, ac ad causam in eisdem statu , & terminis , in quibus reperietur,

absque alia commissione erunt admitten di, ut ead constit. §. sed ne in beneficio, † quia, cùm subrogetur in loco aliorum, eoderis jure, uti debent, cap. Ecclesia, i. l. i. cum glos. post med. ut lit. pendent. & ibi Innocent. & Abb. num. 6.

Hinc videmus, quod subrogatus in officio , vel collegio alterius utitur jure illius, in cuius locum subrogatur , tam , quoad commodum , quām quoad incommo dum, l. unica C. de colleg. & cartopra. & ibi Bart. §. si. Io. de Plat. & Rebuff. nu. 4. lib. ii. & ibidem Bart. in l. comperimus. num. 4. de prox. sacr. scri. lib. i. 2. & delegatio † facta alicui in dignitate constituto sub nomine dignitatis transit in subrogatum in dignitate, cap. quoniem Abbas , & ibi Innoc. n. i. & Abb. numer. 4. de off. deleg. cap. pastorali, §. ad quod dicimus, & ibi glos. in ver. succedit, de off. judicis ord. & quia dubitari potest, an resignationes , & cessiones commendarum , & beneficiorum Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani sub dicta constitutione de publicandis comprehendantur, stante, quod Magnus Magister, & † conventus de beneficiis , tamquam pri vatis prædijs in titulum perpetui beneficij ecclesiastici, seu etiam ad nutum, seu amovibiliter uni, vel diversis personis, assignari solitis , etiam Sedi Apostolica reservatis, seu alijs affectis , aut ad Sedem ipsam devolutis, liberè providere , & illa unire, & dismembrare, & de illis disponere , antian nitatesque, tam generales, quam speciales , super eisdem beneficiis fratribus ejusdem Religionis concedere , & resignationes † dictorum beneficiorum recipere , & ad mittere, illaque resignantibus titulum , seu denominationem , ac omnes eorum fructus , seu illorum partem , aut super illis qual-